



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 76. Caput VI. Clerici Ordinis sui vestem gestare tenentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1551.

§. LXXVI.

CAPUT VI.

*Clerici decentem Ordinis sui vestem  
gestare tenentur.*

*Etsi habitus non faciat Monachum, oportet tamen Clericos vestes proprio congruentes Ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant: tanta autem hodie aliquorum inolevit temeritas, religionisque contemptus, ut propriam dignitatem, & honorem clericalem parvi pendentes, vestes etiam deferant publice laicales, pedes in diversis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus: propterea omnes Ecclesiasticæ personæ, quantumcunque exemptæ, quæ aut in Sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia aut beneficia qualiacunque Ecclesiastica obtinuerint, si postquam ab Episcopo suo etiam per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum Clericalem illorum Ordini, & dignitati congruentem, & juxta ipsius Episcopi Ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab Ordinibus, ac officio, & beneficio, & fructibus, redditibus, & proventibus ipsorum beneficiorum, nec non, si semel correpti denuo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum, & beneficiorum hujusmodi, coerceri possint, & debeant, constitutionem Clementis V. in Concilio Viennensi editam,*

quæ incipit, quoniam, innovando, & Sæcul. XVI.  
 ampliando. A.C. 1551.

Hæc Constitutio ait: Quoniam qui ab-  
 jectis vestibus proprio congruentibus Ordini,  
 alias sumere, & in publico portare rationa-  
 bili causa cessante præsumit, professorum  
 illius Ordinis prærogativa se reddit indig-  
 num, præsentis constitutione sancimus, quod  
 quicumque Clericus virgata, vel partita  
 veste publice utetur (nisi causa rationalis  
 subsit) si beneficiatus extiterit, per sex  
 menses a perceptione fructuum beneficiorum,  
 quæ obtinet, sit eo ipso suspensus.

Porro quoad hoc Synodus Viennen-  
 sis differt a Tridentina, quæ petit, ut  
 Clerici prius ab Episcopo suo moniti fue-  
 rint: Si vero, prosequuntur verba huius  
 Constitutionis, Beneficiatus non fuerit,  
 in Sacris tamen Ordinibus citra Sacerdo-  
 tium constitutus, per idem tempus reddatur  
 eo ipso inhabilis ad Ecclesiasticum beneficium  
 obtinendum: idem quoque censemus de Cleri-  
 cis aliis vestem talem simul, & tonsuram  
 publice deferentibus clericalem: dignitatem  
 vero, personatum, seu beneficium aliud ob-  
 tinens, cui cura immineat animarum, nec  
 non cæteri in Sacerdotio constituti, ac re-  
 ligiosi quilibet, quos oportet per decentiam  
 habitus extrinseci, morum intrinsecam ho-  
 nestatem ostendere, si (præterquam ex causa  
 rationali) publice vestem ferant hujusmodi,  
 aut insulam, seu pileum lineum publice por-  
 tent

Sæcul. XVI. *tent in capite, sint eo ipso beneficiati videli-*  
A.C. 1551. *cet a perceptione fructuum beneficiorum, quæ*  
*obtinent, suspensi per annum: Cæteri vero*  
*Sacerdotes, & religiosi quilibet, per idem*  
*tempus reddantur inhabiles ad quodcunque be-*  
*neficium Ecclesiasticum obtinendum, sed &*  
*tales, & cæteri quicumque Clerici utentes*  
*epitogio, seu tabardo foderato usque ad*  
*oram & ita brevi, quod vestis inferior no-*  
*tabiliter videatur: epitogium ipsum secula-*  
*res Clerici, & Religiosi administrationem*  
*habentes, teneantur intra mensem dare pau-*  
*peribus: cæteri vero Religiosi administratio-*  
*nem non habentes, intra idem tempus illud*  
*teneantur suis Superioribus assignare, in pios*  
*usus aliquos convertendum. Alioquin be-*  
*neficiati suspensionis, cæteri vero inhabilita-*  
*tis pœnas prædictas, per idem tempus se no-*  
*verint incurrisse.*

## §. LXXVII.

## CAPUT VII.

*De homicidio voluntario, ac non vo-*  
*luntario.*

„Cum etiam, qui per industriam oc-  
 „ciderit proximum suum, & per  
 „insidias, ab altari avelli debeat, qui  
 „sua voluntate homicidium perpetra-  
 „verit, etiamsi crimen id nec ordine  
 „judiciario probatum, nec alia ratione  
 „publicum, sed occultum fuerit, nullo  
 „tem-